SERENISSIMIS IMPERATORIIS PRINCIPIBUS AUGUSTISSIMÆ AC POTENTISSIMÆ ROSSIARUM IMPERATRICIS CATHARINÆ II DOMINÆ NOSTRÆ CLEMENTISSIMÆ FILIO PAULO AC EJUS CONSORTI MARIÆ MAGNIS IMPERII DUCIBUS

IN EORUM AUSPICATISSIMO IN ALBAM RUSSIAM ADVENTU

CARMEN

à Clericis Regularibus Societatis JESU, Clementissimè in Alba Russia servatæ, ac infinitis Nominibus obstrictæ

D. D. D.

ANNO DOMINI 1781

MOHILOVIÆ
In Privilegiata à sua IMPERATORIA Majest. Typographia Illmi. E. ac R. D. L. Ord



Indue lætitiæ vultus Poloceïa tellus!
Nonne novum cernis CATHARINÆ munere ſydus
Exortum tibi, devectumq; à cardine cæli
Arctoo variis latè illuceſcere terris?
Majorem Titan curſu compleverat orbem,
Fleviſti cum mæſta tuis excedere Matrem
Finibus: ecce novos in te reſtaurat amores
Conſilio memori, & felix adlabitur hora,
Qua Nati, Matrisq; in Nato cernere vultus
Poſsis, & læto reſonare per æthera plauſu.
Phæbus adeſt facilis, facilesq; in carmina Muſæ
Adveniunt, Pauli cupidæ depromere laudes.
Exurge, & laudes totum diffunde per orbem

Æmula supremæ sedis! non dispar honore
Et Matris tantæ, & tanti vestigia Gnati
Excipis alternis vicibus, majore corusca
Lumine, quàm possis acie comprendere frontis.
Exulta, celsisq; effecta par urbibus, aude
Te majus quidquam, jam tecta minantia cælo
Surgant, stellatoq; ardentes cardine postes;
Iam fora marmoreis ornata peristyla signis
Undiq; circumstent; Iam Duna superba tumescat
Fluminibus Nevæ, atq; ingentes parva Polota
Exæquet fluctus, qui magni mænia PETRI
Lambitis, æternamq; ferox præterfluat arcem.
En immortalis CATHARINÆ Pignus, & Hæres,
Deliciæq; urbis Dominæ, summiq; Senatûs
Grande Decus, populiq; Amor, & Lux altera gentis
Rossiacæ, Imperiiq; omnis Spes maxima PRINCEPS,
PRINCEPS, Quem Regum toto expertissimus orbe,
Et studiis, & Marte potens protendere fines
Rex Fridericus, quem summa Prussia laude
Prosequitur; cujus, donec tua mænia stabunt
Berlinum! memori cantabis carmine nomen:
PRINCEPS, quem Joseph nostræ mirabile fulgur
Europæ, quam Cæsarei pro more palatii
Perlustrat celer, & latè virtutibus implet
Ocyus; ac pennis præceps præcurrere fama
Possit; quem Joseph per tot discrimina rerum

Et

Et nemorum infeftos calles, & mille pericla
Invifens nuper, complexum pectore toto
Strinxit, & æterno Collegam vinxit amore.
PRINCEPS, quem gremio cum fufceptura Vienna es,
Quas non follicito circumfers pectore curas,
Ut digne id facias, quamvis te major es ipfa,
Et fummis tantùm Ducibus prognata fovendis,
PRINCEPS, quem Vilia, & fecuro Viftula ponte,
Quem major Tamefis, quem Sequana læta Parifiîs,
Quem Padus, & Tyberis, Tyrrhæniq; æquora tractûs,
Augustas quá Divorum fedefq; focosq; &
Pulchram Parthenopen, ignitaq; culmina Besbij
Oftentas Thetis Iftriacæ nimis invida fponfæ;
Totis fufpirant animis, dextrafq; propinant.
Deniq; (nam quis erit, qui pleno fingula verfu
Complecti pofsit) PRINCEPS, quem fædere totus
Conjungi fibi mundus amat terrâq; mariq;
Nec magnæ completa foret reverentia Matris,
Et meritâ virtutis honos fine laude maneret,
Ni Gnatum in talem, Matrisq; fuæq; nitentem
Lumine Virtutis, tantos decernat honores
Orbis, & affectu parili fuper æthera tollat.
Tantus Polociæ fuccedit fedibus hofpes!
Ergo Magnifico repleti pectora plausu
Gaudete o! Cives, aut quisquis caftra fecutus
Rofsica, vel quæ Palladijs effufa juventus

Decur-

Decurris ſpatijs, doctoq; in pulvere ſudas:
Aut quos arva tenent vicina, laborq; fatigat
Durior, ordo ſtatusq; omnis concurrite læti,
Dignas Cæſareo depromere Principe laudes.
Huc quoq; cui tantum CATHARINÆ gratia robur
Contulit, ut, Socii varias errare per oras
Iuſsi, cum nullis poſsent conſiſtere terris;
Te ſtabilem videas, majoremq; auſibûs orbis,
Lojolæa cohors ades, & veſtigia tanti
Principis amplexu venerare tuo; Sociisq;
Læta novis, ſeu quêis gremium patuiſse tenellis
Primaq; reſtrictæ virtutis limina pandi
Eximius meritis, virtute, ac munere Præſul
STANISLAÛS voluit, ſeu qui fidiſsima Dunæ
Flumina prætulerant patrijs, & Viſtulæ, & Albi
Danubioq; Patri, atq; Arno, Tyberiq; Padoq;
Quosq: fovet Polota magis, quám cætera terræ
Flumina, quæ pacis nondum pia littora norunt:
Læta novis, inquam Sociis, fæcundaq: Mater
Huc mentem, huc animum, huc omnes intende labores.
O! Salve divum genus! Auguſtiſsime PRINCEPS!
Unus & Imperii & Materni pectoris Hæres!
Et noſtræ columen vitæ, tutelaq; pacis;
Ante pedes abjecta tuos te prona ſaluto.
Illa ego, quæ quondam fauſtâ modulabar avenâ,
Nomina Paulorum, Clementesq;, & Benedictos,

Et quibus innocuæ tribuerunt nomina vitæ, &
Urbanos & Gregorios, qui munera lucis
Naſcenti faciles dederant, campumq; laboris:
Illa ego, quæ quondam protenſo carmine laudes
Dicere Principibus, Philipposq;, & Ludovicos,
Henricos, Carolos, Josephos, Ferdinandos,
Qui ſtudiis ornare ſuis, qui condere tecta, &
Viventem toto cumulare ſavoribus orbe
Profuſi voluêre, altum ſuper æthera ferre
Gaudebam intrepida. At CATHARINAS, Paulosq;
Quorum præſidio vitam, lucemq; recepi
Mortua, & è mediis toto graſsantibus orbe
Fluctibus emerſi felix, quin tollere leges
Ordinis auderet quisquam, aut turbare Penates;
Mirari tantùm, nondum cantare perita,
Obſtupeo, & melius jam toto hæc orbe refulgent
Nomina, quam quovis celebrari carmine poſsint,
Servabuntq; ſuam, dum current ſæcula, lucem.
Sed Populi quid vota moror cupidumq; Senatum?
It plauſus totis plateis, lituiq; tubæq;
Cornuaq; & cantus, præſentis certa favoris
Argumenta ſonant; ſonitu, plauſuq; reſultant
Omnia, lætiſonis pueri, Matreſq; Viriq;
Effuſis currunt ſtudiis; ferit æthera plauſus;
Plauſum dat tellus, plauſumq; reciprocat Echo;
Plauſum littorei colles, nemora omnia circum In-

Ingeminant plauſum: ſtellatis gloria pennis
Urbem ambit, gaudetq; ſequi, & prævertere pompam,
Et face ſubmota communem accendere plauſum:
Æra tonant, tonitru reddunt ſua mænia Rigæ
Lætitiis commota tuis Polocia! & alta
Neptunumq; Patrem, & ſpatiantes æquore Nymphas
Voce vocant, mediiſq; vident mirarier undis.
Ergo tantus amor cum ſit Tibi, curaq; noſtri
PRINCEPS; ut noſtris cupias ſuccedere tectis;
En quam nota viam decorant veſtigia Matris!
(Quod majus decus eſse poteſt ſplendorq: viarum?)
Progredere atq; humiles ne dedignare Penates.
Verum quid video, quid feſsum pompa moraris
Tarda Ducem? quæ cauſa moræ? quid lenta reſiſtis?
Fallor an indignam minus officioſa ſalutem
Muſa tulit? majuſne decus componere fronti
Eſt animus? cultuq; novo decorare triumphum? at
Interea medium curru pulſabit Olympum
Cynthia, & Eois lux altera ſurget ab undis.
Fallor? an irato mutavit gratia vultu,
Inq; meo monitrix defixit lumine lumen?
Ter dimota loco greſsum per mænia tentat?
Terq; reducta loco revocat per mænia greſsum.
O ſacer Aonidu̇m chorus! o pia turba ſororum!
Dicite, ſi quidquam tacui imprudens, cecinive
Plectro, quod veſtras non lenius impulit aures,

Dicite, & hærenti faciles fuccurrite Mufæ.
Hinc venit Aonidum Præfes nimiaq; retufam
Luce aciem firmans, ait, en cum Principe PRINCEPS!
Commonftratq; manu, quæ fit cum Principe PRINCEPS.
Hanc etiam falvere jube, fic pompa movebit;
Dixit, & admotis animavit carmina plectris.
Iam teneo, quæ caufa moræ, cur pompa moveri
Nefcia, communis veftigia fiftere plaufûs
Audeat, & non fat memorem percellere Mufam.
O Salve FEDOROWNA! o fidifsima PAULI
Conjux, AUGUSTÆq; Nurus dignifsima Matris
Feliciq; Ducum partu fæcunda duorum,
Qui Patriis quondam implebunt virtutibus orbem,
Mater falve, omnisq; amor Imperii, populiq;
Deliciæ, atq; antiquæ gloria Würtembergæ.
Non acies mihi tanta fuit quæ noffet utramq;
Uná complecti lucem, fubitoq; retufa
Hæfit in oblato vicini lumine fponfi:
Scilicet ingentes quamvis fint fydera foles,
Si tamen afpicias vicini lumina Phæbi,
Effugiunt oculos, defixaq; lumina fallunt.
Sed quis amor? quis amor fponfi fortifsimus, inquam,
Pectus habet? tantusne animis fit amantibus ardor?
Tanta fides? fimilemne unquam longæva vetuftas
Virtutem tulit, aut facræ cecinere Camænæ?
MARIA exemplo magnæ permota Parentis (') Quæ

Quæ populum, & terras nuper ditione receptas
Accessu dignata suo (stat mente repostūs
Altus amor) divûm auspiciis ter fausta revertit;
Hoc, inquam, exemplo permota, Palatia linquit
Cæsarea, ingentiq; ausu per mænia PETRI,
Non urbis lacrymis, populi non victa dolore
Provehitur, quo fidus amor plaudentibûs alîs
Invitat, gaudetq; sequi vestigia sponsi,
Ut lux cælivagum fido connubia passu
Titanem sequitur, cum tempora dividit orbi.
At non te revocat Matris vultus CATHARINÆ
Non animosus ALEXANDER, non ingenio acer
CONSTANTINUS bina tuæ charissima frontis
Sydera? non propriæ terrent discrimina vitæ?
Hem! non Matêr, non Charissima pignora gnati
Inflectunt animum; quanquam lenire dolentes
Solando cupit, et dictis avertere curas
Alma Parens: invicta tamen desistere cæpto
Charum consequitur sponsum per mille pericla,
Fida comes; facilisq; pati quæcunq: viarum
Tædia, certa novas cum sponso invisere terras.
Quid dicam, majorne dolor disjunxit Elisam,
Ab Jove cum monitum Lybicis discedere terris
Viderat Æneam cæptosq; abrumpere amores;
Quam PAULO te junxit Amor, comitemq; dicavit?
Quid tantæ fidei? quod tanto munus amori? Ad

Adfertis ſuperi? Vos, vos vidiſtis ab alto
Pugnantes animi Materno in pectore curas,
Vos ipſi mentem dubij, quam prendere partem
Expediat; votiſne pares in corpore vires
Sufficiant: an fida ſatis fortuna viarum;
Non laudare aliter vincentem audetis amorem,
Quam magnæ ſuffultum conſilio CATHARINÆ!
Ergo ſtent placido felicia ſydera cælo,
Sintq; viæ faciles, & molli tramite ſylvæ
Et duro rigidos conſtringat carcere ventos
Ventorum Pater, & Zephyri ſpirate ſecundi.
Vos etiam o Sacræ terreſtria Numina Nymphæ,
Seu, quas extenſis delectant otia campis,
Aut fontes, viviq: lacus, aut frigida tempe,
Seu, quæ præcipites agitis de montibus undas,
Fidaq; perpetuis ſervatis littora curis,
Huc pedibus properate citis, Feſsamq; MARIAM
Excipite amplexu, propriamq; adferte ſalutem,
Et comites ſtipate latus; niteantq; decenti
Flaventes errore comæ, ſtent tempora circum
Collaq; demiſſis onerata monilia baccis,
Gemmaq; ſuſpendat longam Nereïa veſtem,
Sic ſociæ Iunonis erant, cum viſeret arces
Vicinas Delo, & Lycijs veſtigia terris
Inferret primùm: ipſa tamen præſtantior illis
Omniq: ornatu, ore DEAM vultuq; ferebat.

Te

Te quoq; sic Nymphæ comites, sacra turba, sequantur:
Tu formosa præi charum comitata Maritum;
Pulchraq; conspectu, quem miscet purpura lacti,
Da pretium gemmis, da pulchrior ipsa colorem
Gemmisq; & lapidi per eburnea colla fluenti;
Da decus et pompæ, &, quæ vos cecinêre, Camænis.
Sed votis contenta pijs, dictaq; salute,
(O utinam vestro pariter sit digna favore)
Pompa movet, quatiensq; manu dat in æthera plausum:
Exultant, plauduntq; omnes; illabimur urbi;
Famaq; non dubio delapsa exclamat Olympo;
Post annum has iterum læti venietis ad Oras.
Verba hærent animis, eventus dicta probabit,
Et superi plaudentûm inter vos vota reducent;
Utq; PETRO Magno Petropolis ampla refulsit,
Sic erit & Magno celebris Polocia PAULO.